Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



LVII. INCPT EPL SCI AGUSTINI AD MARCELLINUM.

Domino eximio & merito insigni atq: carissimo filio mar
cellino. agustinus eps in dno salutem. Circumcelliones
illos & clericos pactis donati. quos de ipponiensi ad iudiciū
pfactis eorum publicę discipline curae deduxerat. a tua
nobilitate comperi auditus. & plurimus eorum de homicidio.
quod in restitutum catholicum presbiterū commiserunt. & de cede
innocentia alterius catholici prbi. atq: de oculo eius effosso. & digito
precisa fuisse confessos. Unde mihi sollicitudo maxima incussa est.
ne forte sublimitas tua censeat eos tanta legum se ueritate plectendos.
ut qualia fecerunt talia patiantur. Ideoq: his litteris obtestor
fidem tuam quam habes in xpo. per ipsius dni xpi misericordiam.
ut hoc ne facias. nec fieri omnino pmittas. Quamuis enim ab eorū
interitu dissimulare possumus. qui non accusantibus nris. sed illorū
notoria ad quos tuendo publicę pacis uigilentia ptinebat presen
tati uideantur examini. nolumus tamen passiones seruorum dī
quasi uice talionis. paribus subpliciis uindicari. Non quo celestis
hominib: licentiā facinorū phibeamus auferri. sed hoc magis sufficere
uolumus ut uiui & nulla corporis paste truncati. uel abinqui & udine
insana ad sanitati sotium legum cohercitione dirigantur. uel ama
lignis operibus alicui utili operi deputentur. Uocatur quidem
& ista damnatio. sed quis non intellegat magis beneficium quā
supplicium nuncupandum. ubi nec saeuiendi relaxatur audacia.
nec penitendi medicina subtrahatur imple xpiane iudex pii patris
officium. sic succensę iniquitati. ut consulere humanitati memi
neris. Nec in peccatorū atrocitatib: exerceas ulciscendi libidinē.
sed peccatorū uulneribus curandi adhibeas uoluntatem. Noli per
dere paternā diligentiam quam in ipsa inquisitione seruasti.
quando tantorum scelerum confessione non extendente eculeo.
non sulcantib: ungulis. non urentibus flammis sed uirgarum